



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Thola Iudex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

ceperant; expugnare aggressus, dum incautius subiit, ¹ saxo à muliere ictus periit, cum triennio imperium tenuisset. ³ Huic successit ² THOLA, qui ³ duobus & xx. annis regno ⁴ potitus est. ⁴ Post hunc JAIR fuit, qui cum æque viginti & duos annos principatum obtinisset, populus, relicto ⁵ Domino, ⁵ idolis se mancipavit. Obque id Israëlitæ sub-

acti

Thesbitæ tulit, uti contra Lyranum iidem docent.

¹ Saxo à muliere ictus periit.] Iuste lapide percussus interiit, qui super lapidem lxx. fratres occiderat. Sic tegula à muliere dejecta misere Argis periit Pyrrhus Rex Epirotarum. *Plutarchus*. Hermannus quoque Saxonum Rex, arcem oppugnans, saxo à scœmina dejecto interemptus est. *Avent. 5*. Unde Lacedæmonii, ut author est *Plut.* in *Sylla*, τῆς ἄρχουρας improbatunt, quod in illis vel à muliere interficeretur vir fortissimus. Seneca *Hercule Oeteo* :

*O turpe fatum! scœmina Herculeæ necis
Auctor feretur?* —

Ad quam infamiam declinandam, maluit Tyrannus Abimelech, manu armigeri sui cadere. Ο ἵ πιαύτην ἐπέεργεῖς εἰς τὸς ἀδελφούς τῆς ἀνομίας ποιῶν ἐξέπρεσε, καὶ τῆς εἰς Σικιμῆς αὐτῶν τελευτησάντων. *Ioseph*. Nec tamen effugere potuit, quin Ioab diceret: *Quis percussit Abimelech filium Ierubbaal? Nonne mulier misit super eum fragmen mola de muro, & interfecit eum in Thebes?* *II. Regum 11. 21.*

² Thola.] *Iud. 10*. Ita *Sigon. Gifelin. Drusus*. Editio *Elzevir. Cholias*. Quod haud dubie corruptum, & præter mentem authoris, cum nec lxx. nec Latinus cum ita vocent. *Horn*. Fuit consobrinus Abimelech, utpote filius Phua, qui erat frater Gedeonis. Sed quia Gedeon ex tribu Manasse, Phua ex Issachar, patet fuisse fratres uterinos duntaxat, ita ut mater eorum nupserit Ioas Manassensi, ex eoque genuerit Gedeonem: deinde nupserit alteri viro è tribu Issachar, ex eoque genuerit Phua patrem Tholia. Sic *Augustinus & alii*. Videtur

electione populi creatus Iudex. Nam Dei hic nulla fit mentio. *Abul*. Sic & à populo electi Iudices Iephte, Abfan, Abialon & Abdon. Nimirum Hebraei ob merita Gedeonis, voluerunt ex ejus prosapia creare judicem: cumque filii omnes ejus extincti essent, acceperunt consobrinum & Tholam. *A Lapide*.

³ Duobus & xx. annis regno potitus est.] Sic *Eusebius*. Hebraei, lxx. & Latinus xxxiii. annis. Nihil præterea de illo tradunt sacri Annales, nisi quod vixerit ac sepultus sit in Samir montis Ephraim. Quod additur, quia alia in tribu Iudæ. *Iosua 15. 41. Menochius*.

⁴ Post hunc Jair fuit.] Non hic est ille de quo *Num. 32. 41*. Sed alius, Segubi filius, indicatus etiam *I. Paral. 11. 22. Grot*. Fuit Galaadites, ac proinde ex tribu Manasse, quæ trans Iordanem in Galaatitide habitabat. Unde & oppida, quibus filii ejus xxx. præfuerunt, erant in tribu Manasse. *A Lapide*. Ex quo videri possit hunc Iairum absoluto quodam Dominio Israëli præfuisse, quia oppida filiis suis dedit, quæ & à nomine ipsius dicta fuerunt Havoth Iair, *villa Iair*. Potest tamen etiam dici, Iairum sic præfuisse filios suos istis civitatibus, sicut legitur & *Samuel* præfuisse suos filios *I Reg. 8*. cum nuda potestate judicandi, non autem dominandi. *Estius*. Sepultus est in Camone Galadenes. *Ioseph*.

⁵ Idolis.] *Baalim & Astaroth*, Diis Syriæ ac Sidonis, & *Moab* ac filiorum *Ammon*, & *Philistim*. *Iud. 10. 6*. Cæterum hi omnes populi Solem imprimis, sub alio atque alio nomine coluerunt. Syris ac Sidoniis dicebatur generali nomine *הַגִּיז*, *Dominus*. *Palmyrenis* *Αγλα*